

Periodus N. memoria pontificiorum zelotarum adversus  
T. II, art. III. Reformatos furor in Valle Telina Grisoni-  
bus obnoxia A. 1620. ediderit, satis superque  
constat.

Britannia.

In Anglia licet *Henricus VIII.* in causa ma-  
trimonii sui à Papa diris devotus esset, eaque  
propter omnem auctoritatem Pontificis A.  
1534. abrogaret, contra Lutheranos tamen  
nihilominus igne sæviit, nihilque plane in  
doctrina mutavit *Edoardo VI.* demū ab Anti-  
christi fermento eā repurgante; Hujus autē  
Soror *Maria Regina* fideles in Anglia 1553.  
crudelissime habuit, idē quoque *Maria Stu-  
arta* Scotia Regina vidua *Francisci II.* Gallia  
Regis A. 1558. magno suo malo in Scotia  
tentante. *Elisabetha* puriorem religionem  
restaurans à *Pio V.* Papa A. 1569. excom-  
municatur & variis tumultibus à Papæ gna-  
thonibus Jesuitis Anglia ideò exire jussis, A.  
1581. motis exagitatur. Illius successor *Jaco-  
bus VI.* Scotia, sed I. Anglia Rex, quod spes  
Jesuitarum de reducendo per novum Re-  
gem Papismo decollaret, cū Regina, prole &  
ordinibus Regni misero exitio periisset, nisi  
abominabilis *Conjuratio pulveraria* à Jesuitis  
inita feliciter A. 1606. detecta fuisset. Res  
*Urbano VIII.* melius successit in *Hiber-  
nia*; cū *Carolus I.* Liturgiam *Wilb. Lau-  
di* Archiepiscopi Cantuariensis, quæ Idolo-  
latriæ Vaticanæ atque Hierarchiæ nimium  
favere videbatur, introducere in animum  
induxisset, orti sunt Puritanorum tumultus  
ipsi Regi perniciosi, commissaque illa im-  
manis *laniena Hibernica* A. 1641. in qua plus